



De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus

Lessius, Leonardus

Antverpiæ, 1632

14 Quibus euentis donatiopoßit reuocari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

96
Si iuramen-
to confir-
metur, va-
ler.

Posterior est, Si iuramento confirmetur. Ita Couarr.num. 14. et si plerique Iurisperiti contrarium sentiant. sed illorum ratio est infirma: non enim donatio omnium bonorum est contra bonos mores, sicut id quod est illicitum, sed solam quia expedit in Repub. passim esse libertatem testandi: quare cum absque vlo peccato possit quis omnia sua donare; si iuramento promittat se non reuocatum, valet donatio, vt aperte colligatur ex capite, Quamvis pactum, de pactis, in Sexto.

97

Dico Secundò, Potest quis validè donare vsque ad 300. solidos: ultra verò hanc summam donatione est inualida, quoad excessum; nisi fiat cum insinuatione. Habetur expressè L.penul. C. de donationibus, sub finem. quod ideo statutum est; ne homines, metu vel fraude, vel inconsulta temeritate impulsū, de donationibus exhausturient. valent autem 300. solidos, teste Claro q. 15. n. 1. scutis Hispanicis 700. vel, vralij volunt; 750. Insinuatio hęc, est simplex sua mentis declaratio, qua quis declarat Iudici, se liberè donare huic tantum vel tantum, nec requiritur causæ cognitio, vel facultas à Iudice, sed sufficit eius præsentia, vt docet Clarus num. 5. Iudicis autem est inquirere, an donatione sit omnino libera, an coacta.

Hinc sequitur Primò, Si quis donet pluribus, & excedat prædictam summam, donationem quoad excessum esse inualidā; modò donatione illa simul, & quasi uno animi impetu fiat, detrahendū autem tunc singulis secundū proportionem. Si tamen diuersis temporibus, animiq; motibus fiat, erit valida, vt patet ex L. Sancimus. 34. C. de donat. §. 4.

98
Debitorum
condonatio

Secundò, Si quis debitum aliquod liquidum, hanc summam excedens, remittat, inualidam esse remissionem; quia remissio est instar donationis. Ita Clarus q. 16. num. 2.

99
Potest ri-
nieri done-
repetatur.

Aduerte tamen, Eum, cui ultra hanc summam donatum est, posse retinere, nisi à donatore vel eius heredibus repetatur; quia leges non intendunt obligare donatarios, vt sponte restituant, (hoc enim non pertinebat ad bonum commune) sed vt restituant, si donator vel eius heredes velint. non enim reddit donatarium inhabilem, sed tribuum donatori potestatem pro arbitrio repetendi. quaedam ergo non repetit, possumt retinere. scienti enim & volenti non fit iniuria. Nec refert, etiam si donator ignoret se posse repetere; quia donatarius non tenet id illi dicere cum suo incommode; sed potest retinere rem, donec aliunde rescat & repeatat.

100
In quibus
eventus si-
valida ab-
que insi-
nuazione.

Excipiuntur tamen aliquot eventus, quibus donatio ablique insinuatione est valida, etiam si 300. solidos excedat. Primò, Si iuramento confirmetur, ita Clarus q. 18. qui dicit, utramq; scholā, tam Legistatum quam Canonistarum, ita sentire hoc tempore; et si olim plurimi contrarium fenserint. Ratio est euīdēs; quia donare supra illā summam nullo Iure est prohibitum; ergo si iuramento confirmetur, est omnino seruandum: patet conseq. ex cap. Quamvis pactum. 2. de pactis, in Sexto, vide suprā Dub. 4. & cap. 17. Dubit. 7. Secundò, Si donatio fiat ad redemptionem captiuorum. Tertiò, Si ad reparationem aedium, incendio vel ruina destruetum. Quartò, Cūm magister militum dar militi mobilia, quantumuis ea sint magni pretij. Hęc tres exceptiones ponuntur L. pñmultim. C. de donationibus. Quintò, Quando donatio est remuneratoria obsequiorum vel benefi-

ciorū. Ita Clarus q. 16. n. 6. ex L. Aquilius 27. π. de donationibus. Sextò, Cūm quis renuntiat bonis vel iuribus speratis nondum obtentis; vt si filius vel filia renuntiet hereditati vel legato, quod sperat ratione substitutionis. Ita Gomezius c. 4. n. 10. qui quis enim potest renuntiare iuri, quod illi offeratur eo modo, vt dependeat ab ipsis arbitrio acceptare vel recusare. Sed hic propriè non est donatione; quia non datur aliquid quod sit suum, sed re-cultur alienum quod futurum erat suum.

Sed difficultas est, Vtrum donatio ad pias causas sit inualida, si fiat absque insinuatione, supra dictam summam.

Resp. Absolutè validam esse tales donationem in vitroque foro, vt docet Julius Clarus q. 17. vbi dicit, hanc sententiam esse communem. Siluest. v. Donatio 1. q. 4. & Angelus Donatio 1. n. 20. Tabiena ibid. n. 14. et si Gomezius suprā n. 10. contrarium sentiat. Probatur Primò, Quia eti fortè Ius civile non permittat nisi 300. solidos validè donari: tamen hoc non est seruandum in præiudicium piarum caesarum, vt rectè ait Clarus, Ratio est, quia Princes seculares non possunt aliquid statuere in præiudicium bonorum operum & salutis animarum. solū enim ita possunt gubernare Rēp. ad tranquillitatem tempore, vt ex gubernatio non impedit studium pietatis & media ad finem supernaturalem; sed potius subseruiat & iuuet: atqui si talis insinuatio esset necessaria in causis pīis, sapere bona opera impedirentur, idque cum magno boni spiritualis damno.

Secundò, Capite Relatum. 1. de testamento, Pontifex decernit, ne pro legatis ad pias causas requiratur solemnitas septem vel quinq; testimoniū jure civili definita, sed sufficiant duo vel tres, sicut iure gentium satis est. Vnde Panorm. ibid. n. 4. deducit, donationem ad pias causas valere absque insinuatione, in quantauis magna summa, quidquid Leges ea de re disponant; addens se ita sapere respondit. si enim Pontifex suffulit illum numerum testimoniū, ne pia legata impediantur; quis dubiter, quin eius mens sit, ne donationes pīa implicentur, aut circumscrībantur legibus insinuationis, sed vt omnino liberum & expeditum relinquatur carum exercitium?

Tertiò, Si Imperator in fauorem militiae liberas reliquit largitiones Ducum in milites, quanto magis idem priuilegium debetur donationibus pīis in fauorem diuini cultus, salutis animarum, & sustentationis pauperum?

Quartò, Donatio quantumvis magna, ad redēptionem captiōrum est valida; cur non etiam ad alias causas non minus Deo gratias & salutares?

D V B I T A T I O X I V .

Quibus eventis donatio possit reuocari.

S Vppono duplēcēm esse donationem, inter vi-
nos, & mortis causā. Donatio inter viños est, Duplex
cūm quis sic donat, vt etiam se viuo velit rem ab-
solutè esse alterius. Donatio mortis causa est, cūm
sic donat, vt rem non velit absolutè & irreuocabili-
ter esse alterius, nisi post suam mortem; vt si dicam,
Dono tibi hanc rem post mortem meam,
vel cūm moriar, vel quia timeo nunc mori. vide
Silvestrum v. Donatio 1. num. 1. & Gomeziū
num. 19. Nunc

Dico

Donatio ad
pias causas
sive insi-
nuazione.

Potest au-
Principes
secularis.

104
Donatio
inter vi-
uos reuo-
catur tri-
pliciter.

Ratione
ingratitu-
dis.

Dico Primo, Donatio inter viuos, etiamsi sit acceptata, & res fit tradita, generatio in triplici ex causa potest reuocari. Primo, Ob ingratitudinem donatarum. Secundo, Ob problem suceptam. Tertiò, Si sit inofficosa. Ita Iulius Clarus q. 21. n. 1. Gomezius tom. 2. cap. 4. num. 11.

Primo, Ratione in gratitudinis. huius ponuntur quinque casus. L. fin. C. de reuocandis donat. Primus est, Si donatarum iniurias atroces in donatorem effuderit. Secundus, Si manus impias intulerit. Tertius, Si iacturam non leuem bonis eius attulerit. Quartus, Si periculum vita ei intulerit. Quintus, Si conditionem donationi apposita non impleuerit. His addunt DD. Sextum, Si inopia pressum non aluerit. quod est notandum pro simplicibus, qui omnia donat suis liberis, & postea negliguntur, ut recte Siluester. Donat. 1. n. 17. Idem docet Clarus nu. 3. & Gomezius nu. 14.

Noranda tamen hic sunt tria: Primum est, Hæc non habere locum, quando donatio est ob causam; ut propter obsequia, qua eam mercantur. neque in donatione facta Ecclesia vel Monasterio; quia censetur facta Deo & ob grauem causam, vt notat Clarus.

Secundum est, Donatarium non teneri ad restitutionem ante sententiam; quia est pena, ut aperte colligitur ex L. citata. vnde debet interponi querela, & ingratitudine probari. Si tamen res nondum sit tradita, potest non tradere, & petentem exceptione in gratitudinis repellere: culmen datur repetitio post solutionem seu traditionem, datur exceptio ante traditionem, ut non teneatur solvere, ut supra cap. 17. n. 68. ostensum est. Quod si re tradita, donatarius per iniuriam impedit quecelandi, potest donator via compensationis occulte sibi consulere; quia per iniuriam patitur damnum.

Tertium est, Si donator non reuocauit in vita ob hanc causam, nec heredes eius posse. Ita expressè habetur d. L. fin. C. de reuocand. donat. quod intelligi, nisi forte donator per ignorantiam in gratitudinis in se commissa, eam non reuocauerit; tunc enim heredes eam reuocate possunt; sicut etiam possunt alium heredem ab hereditate repellere, ut docet Gomezius supra n. 14. Silu. Donatio 1. n. 18. Ratio est, quia eti ignoret in gratitudo, tamen tacite censetur reuocata donatio, hereditas, legatum & fideicommissum factum integrato; vnde heredes donatoris possunt eam reuocationem post mortem eius exequi, etiam contra heredes eius, qui in gratius exitit.

Secundum, Reuocatur ratione prolis suscepcta; ut si quis prole carens, magnam partem bonorum suorum donavit, & postea nascatur ei proles. L. Si vñquam 8. C. de reuocandis donat. Ratio est, quia præsumitur fusilli facta sub tacita conditione, nisi nascerentur ei libeti. Et quidem si donatio facta sit extraneo, reuocatur tota; si facta sit alicui ascendentium, v.g. patri vel aeo, reuocatur solum quoad legitimas filiorum postea susceptorum, iuxta Gomezius. Idem dicendum si donatio facta sit Ecclesia, vel ad aliam piam causam; solum enim reuocatur, quantum necesse est ut filii, qui postea nascuntur, habeant legitimam. ut communiter docent DD. vide Gomezius num. 11. & Clarus q. 32. n. 2. Silu. Donatio 1. n. 22. Probatur Primo, Quia quod datum est priori filio, non reuocatur nisi quoad legitimas aliorum postea susceptorum; atque Ecclesia est instar filii, ut Panormitanus &

alij docet, Secundo, Quod datut in piam causam, datur propter salutem animæ, cuius causa non est minùs favorabilis, quam causa filiorum, ut colligitur Authent. Si qua mulier. C. de Sacro. Eccl. Interdum tamen expedit ad ædificationem populi, ut id quod Ecclesia vel Monasterio datum est ante liberos natos, Praelatus, iis postea suscepisti, totum restituat; sicut fecit Aurelius Carthaginensis Episcopus, ut refertur cap. fin. 17. q. 4. ex D. August. Serm. 52. ad Fratres in cromo.

Notandum tamen Primo, Donatarium non teneri ad restitutionem, donec donatum repetatur: Debet re-
quamdiu enim non repetitur, potest presumere peti.
donatorem non cupere restitutionem, & cedere suo iure.

Secundo, Si donator expressè & in specie re-
nuntier priuilegio legis. Si vñquam dum donat,
non posse reuocare dum viuit, eti ei nascantur li-
beri; poterunt tamen liberi post eius mortem re-
uocare, quatenus fuit eis inofficosa; id est, quate-
nus legitimum eorum læsit; quia renuntiatio pa-
tris non potest tollere ius filiorum, quod post
mortem patris habent ad suas legitimas. vide
Clarus q. 22. num. 4.

Tertiò, Si iurauit, se non reuocaturum dona-
tionem, nihilominus potest reuocare suscep-
prole. Ratio est, quia hoc iuramentum non exclu-
dit tacitam conditionem, qua ex Iuri dispositio-
ne inest illi donationi. vnde ille tantum censetur
iurare se non reuocaturum, sub hac condicione, si
nati ci non fuerint liberi. Ita Iulius Clarus q. 23.
num. 1. Gomezius nu. 11. & alij. si tamen ille ex-
presè excluderet illam conditionem, velletque
donationem valere, etiamsi filii nascerentur, eam-
que iuramento confirmaret; non posset eam re-
uocare, ut idem Clarus q. 22. num. 4. docet. Ratio
est, quia quando iuratur id quod non est malum,
iuramentum est feruandum, ut supra c. 17. Dub. 7.
ostensum est. Atqui non reuocare talem donatio-
nem, non est malum. ergo, &c. poterunt tamen liberi
eum reuocare post mortem patris, ob ratio-
nem paulò ante allatam.

Tertiò, Reuocatur si sit inofficosa, id est, si sit contra officium pietatis paternæ in filios; ut cum Ratione in-
tamtur donat, ut filii priuentur sua portione legi-
tima, L. 1. & seq. C. de inofficiosa donat. Primo,
Si facta est alicui ex filiis, reuocatur solum usque
ad legitimam aliorum. L. 5. & 8. C. eodem. Se-
condo, Si facta est extraneo, animo fraudandi li-
beros, reuocatur tota. si tamen aliquid liberis re-
lictum est, probable est non reuocari, nisi quoad
legitimis filiorum; idq. tenent plurimi DD. cum
Bartolo & Panorm quo citat Couar. lib. 1. variar.
cap. 19. versus finem. Idem tener Clarus q. 24.
num. 4. Tertiò, Si non eo animo facta est, reuocatur
solum quoad legitimas filiorum. vide Couar.
supra, Gomezius n. 13. Claram q. 24. Quartò, Si
facta est Ecclesia vel pia causa, solum reuocatur
usque ad portiones legitimas filiorum, ut docet
Iacob. consil. 141. & Decius consil. 247. quia Ec-
clesia est in instar filii, & donatio est facta in fau-
rem animæ. Imo secundum Nauarrum, possunt
parentes minuere legitimas filiorum, tum per
contractus onerosos, tum etiam per donationes
remuneratorias, & ad causas pias. quia donatio
talis non est vera donatio, sed donatio ob causam.
ita Nauar. cap. 26. num. 39. ex Alberico: nec vlo
lure contrarium probari potest.

106
Non tene-
tur ante
sententiam.

107
Quando
heredes
possint re-
uocare.

108
Ratione
prolis.

109

Donatio
ad piam
causam
quousque
reuocetur.

113
Quando
renovetur,
si parent
habet li-
beros.

Circa prædicta duo sunt Notanda: Primo, Donationem inofficiam, quam patens liberos habens fecit, non reuocari, nisi post mortem parentis; nam tunc primum debetur filiis sua legitima; ac proinde tunc primum incipit donatio illa cedere in filiorum præiudicium.

Secundo, Donationem inofficiam, et si valida sit usque ad mortem donantis, tamen non fieri sine peccato; quia sit in damnum liberorum, quod post mortem donantis sentient. Vnde et si quis promittat aliquid inofficiose, eamque promissione instrumento confirmaret, non tamen teneatur implere; quia sine peccato implere nequit, ut colligatur ex multis Inribus, C. de inofficiis donat.

114
Donatio
mortis cau-
sa reuoca-
tur tripli-
citer.

Dico Secundo, Donatio, quæ mortis causa facta est, reuocari potest ob tres causas. Primo, Si pœnitentia donatorem, sicut enim testamentum & legatum, usque ad mortem pro arbitrio testatoris reuocari potest; ita etiam donatio, quæ mortis causa fit. Nec refert, utrum expressè peniteat, an implicitè; ut si rem illam alteri donet, colligatur L. Qui mortis causa. 30. π . de mortis causa donat.

115

Secundo, Si donator dedit intuitu alicuius periculi instantis, ex quo metuit mortem incurrire; hoc ipso, quo periculum euaserit, censetur tacite reuocata donatio. vt si quis det in graui morbo, vel instante prælio, vt patet L. 3. & sequentibus. π . de mortis causa donationibus. vide Gomezium num. 19.

116
Promissio
& donatio
inter viuos
non extin-
guitur.

Tertio, Si donatarius moriatur ante donatorem; ipso lufe est reuocata, idem usu venit in testamentis & legatis. Secundus est in promissione & donatione inter viuos, quæ non extinguitur morte donatarii, si sit acceptata, sed transit ad heredes; quamvis sit donatio conditionata, vel in diem. Quod si donator in donatione promitterat se eam non reuocatur, transit in donationem inter viuos, vt docet Gomezius numer. 19. & alij. de quo vide etiam Couart. Rubr. de testam. p. 2. num. 37. & sequentibus.

D V B I T A T I O X V .

Vtrum promissio vel donatio conditionalis sit valida, & quam vim habeant conditiones apposita.

117
Præsentis,
præteriti,
& corris
futuri.

R E spondeo & Dico Primo, Condicio præsentis vel præteriti, addita donationi, vel alteri dispositioni, non suspendit eam; sed si condicio existit, valer dispositioni; si non existit, non valer, etiam si ignoretur: vt, Do tibi hanc vestem, si fuisti Romæ, si es meus cognatus. habetur L. Cum ad præfens. 37. & 2. sequent. π . Si certum petetur. & L. Condicio in præteritum. 100. π . de verb. obligat. Idem dicendum si condicio est de eo, quod necessario vel omnino certò futurum est; quia quod hoc futurum sit, iam in præsenti est verum, ac proinde condicio censetur præfens. futuritio enim (vt sic loquar) iam inest rei: vt, Promitto, do, vendotibi, si es moriturus, si iudicium est futurum, L. Si pupillus. 9. π . de nouat. estque communis sententia DD. vt testatur Gomezius c. 12. de legatis, num. 63.

118

Dico Secundo, Condicio futuri incerti suspendit donationem & alias dispositiones, usque ad

euementum conditionis; v. g. Promitto tibi 100. si Condicio futuri incerti. nubas, vel si fias sacerdos. Ratio est, quia ante euementum conditionis non potest certò constare an exabit, vnde qui ita donat, non intendit ut illud fiat donatarij, nisi conditio euenerit. Gomezius supra num. 64.

Aduertere tamen, Ex huiusmodi promissione vel donatione acceptata, statim nasci obligationem in donatore, & ius in donario, (pendens tamen à futuro quod sui impletonem) quod non potest Inducit ob- reuocari à donatore, nisi in casibus Dub. 14. pos- ligationem tis, nec nouo aliquo onere grauari inuitio donata- pendentem. riu, vt rectè Siluest. Donatio 1. q. 15.

Nec obstat, quod donatio mortis causa possit reuocari; quia ex dispositione Iuris habet hanc tacitam conditionem, vt valeat si non reuocetur. d. L. Qui mortis causa. π . de mort. causa donat.

Dico Tercio, Si conditio, sub qua donatio facta est, suo tempore impleta non fuerit, donatio non obligat, sed in irruum recidit. Idem dicendum de quavis alia dispositione, sub conditione futuri facta. Ratio est; quia dispositio pendens ex hominis libertate, non habet maiorem vim obli- gandi, nec aliter obligare potest, quam disponens intendit: atqui non intendit se obligare conditio- ne non impleta: ergo.

Dico Quartu, Conditio impossibilis non sus- pendit; sed irruam reddit donationem, & quem-uis alium contractum, ita ut nulla ex eo oriatur obligatio, nec ei possit accedere fideiustor. (non loquor modo de contracta matrimonij, & dispo- sitione vltimæ voluntatis.) Ita Gomez. tractatu de legatis tomo 1. c. 12. n. 67. colligetur ex L. Im- possibilis. 7. π . de verborum obligat. & L. Non sol- lum. 31. π . de actionibus & obligat. Vbi etiam ra- tio insinuat: quia omnium ea cogitatio est, ut nihil agere existimat apposita ea conditio, quam sciant esse impossibilem. est enim talis conditio signum diffusus, nisi aliunde presumatur ioco adiecta.

Notandum est, Conditionem dici dupliciter im- possibilem, reipla, & Iure. Reipla impossibilem est, quæ Reipla im- fieri nequit, siue id ex natura rei proueniat, vt, Si possibilis. lunam detraxeris; siue ex impotentia illius, cui im- ponitur, vt, Si pauper millione aureorum dederis.

Iure impossibilem dicitur, quæ stante Iure eoque Iure im- iniulata fieri nequit, vt est omnis conditio turpis possibilis. peccatum continens. Item quæ nihil boni in se continet, & alicui bono est impedimento. qualis olim apud ethnicos erat conditio non nubendi. Item, si eleemosynam non dederis; si amicitiam illius deserueris, &c. Igitur si conditio sit priore modo impossibilis, irruum reddit contractum, siue sit de futuro, siue de præsenti vel præterito; quia talis conditio est signum non adesse conuenientem seruum in contractum, sed dissensum potius. dum enim conueniens dispendit ab eo, quod est im- possibile; sicut hoc eo tempore, in quod refertur, non extat, ita nec conueniens absolutus extat. Vnde etiam non refert, utrum putetur possibilis an impossibilis. Si enim putatur impossibilis, signum est, ab initio deesse seruum conuenientem, & ita ni- hil agitur. Si possibilis, adeo quidem seruum conueniens, sed serio suspenditur à conditione, quæ numquam exitit nec exabit, & ita expectandus est eventus, donec sciant esse impossibilem. si- mul autem atque id resuscitant, cessat omnis obli- gatio, quæ esse poterat ratione conscientia erran- tis, quādū putabatur possibilis. nam ex parte rei nulla